



Missa cum populo

(Antiphona ad introitum)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Amen.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et cum spiritu tuo.

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Confiteor Deo omnipotenti, et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Amen.

Kyrie, eleison.

Kýrie, eléison.

Christe, eleison.

Christe, eléison.

Kyrie, eleison.

Kýrie, eléison.

(Tempore Quadragesimæ et Adventus omittitur:)

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam, Dómine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens. Dómine Fili Unigénite, Iesu Christe, Dómine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, súscepe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus Altíssimus, Iesu Christe, cum Sancto Spíritu: in gloria Dei Patris. Amen.

(Collecta)

Amen.

(Lectio prior)

Verbum Domini.

Deo grátias.

(Psalmus responsorius aut Graduale)

(Lectio altera)

Verbum Domini.

Deo grátias.

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum N.

Glória tibi, Dómine.

(Evangelium)

Verbum Domini.

Laus tibi, Christe.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Filium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnátus est de

(Antifona d'ingresso)

Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo.

Amen.

La grazia del Signore nostro Gesù Cristo, l'amore di Dio Padre e la comunione dello Spirito Santo sia con tutti voi. E con il tuo spirito.

Fratelli, per celebrare degnamente i santi misteri, riconosciamo i nostri peccati.

Confesso a Dio onnipotente e a voi, fratelli, che ho molto peccato in pensieri, parole, opere e omissioni, per mia colpa, mia colpa, mia grandissima colpa. E supplico la beata sempre vergine Maria, gli angeli, i santi e voi, fratelli, di pregare per me il Signore Dio nostro.

Dio onnipotente abbia misericordia di noi, perdoni i nostri peccati e ci conduca alla vita eterna.

Amen.

Signore, pietà.

Signore, pietà.

Cristo, pietà.

Cristo, pietà.

Signore, pietà.

Signore, pietà.

(Si omette in Quaresima e in Avvento:)

Gloria a Dio nell'alto dei cieli e pace in terra agli uomini di buona volontà. Noi ti lodiamo, ti benediciamo, ti adoriamo, ti glorifichiamo, ti rendiamo grazie per la tua gloria immensa, Signore Dio, Re del cielo, Dio Padre onnipotente. Signore, Figlio unigenito, Gesù Cristo, Signore Dio, Agnello di Dio, Figlio del Padre, tu che togli i peccati del mondo, abbi pietà di noi; tu che togli i peccati del mondo, accogli la nostra supplica; tu che siedi alla destra del Padre, abbi pietà di noi. Perché tu solo il Santo, tu solo il Signore, tu solo l'Altissimo: Gesù Cristo, con lo Spirito Santo nella gloria di Dio Padre. Amen.

(Colletta)

Amen.

(Prima lettura)

Parola di Dio.

Rendiamo grazie a Dio.

(Salmo responsoriale o Graduale)

(Seconda lettura)

Parola di Dio.

Rendiamo grazie a Dio.

Purifica il mio cuore e le mie labbra, perché possa annunziare degnamente il tuo Vangelo.

Il Signore sia con voi.

E con il tuo spirito.

Dal Vangelo secondo N.

Glória te, o Signore.

(Vangelo)

Parola del Signore.

Lode a te, o Cristo.

Credo in un solo Dio, Padre onnipotente, creatore del cielo e della terra, di tutte le cose visibili e invisibili. Credo in un solo Signore, Gesù Cristo, unigenito Figlio di Dio, nato dal Padre prima di tutti i secoli: Dio da Dio, Luce da Luce, Dio vero da Dio vero, generato, non creato, della stessa sostanza del Padre; per mezzo di lui tutte le cose sono state create. Per noi uomini e per la nostra salvezza discese dal cielo, e per opera dello



Spiritu Sancto ex María Virgine, et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Piláto; passus et sepúltus est, et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras, et ascéndit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procédít. Qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et exspécto resurrectionem mortuórum, et vitam ventúri sæculi. Amen.

(Oratio universalis)

Amen.

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus panem, quem tibi offerimus, fructum terræ et operis manuum hominum: ex quo nobis fiet panis vitæ.

Benedíctus Deus in sæcula.

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus vinum, quod tibi offerimus, fructum vitis et operis manuum hominum: ex quo nobis fiet potus spiritalis.

Benedíctus Deus in sæcula.

Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

(Super oblata)

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spíritu tuo.

Sursum corda.

Habémus ad Dóminum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

(Præfatio)

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

Vere sanctus es, Domine, et merito te laudat omnis a te condita creatura, quia per Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, Spiritus Sancti operante virtute, vivificas et sanctificas universa, et populum tibi congregare non desinis, ut a solis ortu usque ad occasum oblatio munda offeratur nomini tuo.

Supplices ergo te, Domine, deprecamur, ut hæc munera, quæ tibi sacrandæ detulimus, eodem Spiritu sanctificare digneris, ut Corpus et Sanguis fiant Filii tui Domini nostri Iesu Christi, cuius mandato hæc mysteria celebramus.

Ipse enim in qua nocte tradebatur accepit panem et tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

“ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR”.

Spirito Santo si è incarnato nel seno della Vergine Maria e si è fatto uomo. Fu crocifisso per noi sotto Ponzio Pilato, morì e fu sepolto. Il terzo giorno è risuscitato, secondo le Scritture, è salito al cielo, siede alla destra del Padre. E di nuovo verrà, nella gloria, per giudicare i vivi e i morti, e il suo regno non avrà fine. Credo nello Spirito Santo, che è Signore e dà la vita, e procede dal Padre e dal Figlio. Con il Padre e il Figlio è adorato e glorificato, e ha parlato per mezzo dei profeti. Credo la Chiesa, una santa cattolica e apostolica. Professo un solo battesimo per il perdono dei peccati. Aspetto la risurrezione dei morti e la vita del mondo che verrà. Amen.

(Preghiera dei fedeli)

Amen.

Benedetto sei tu, Signore, Dio dell'universo: dalla tua bontà abbiamo ricevuto questo pane, frutto della terra e del lavoro dell'uomo; lo presentiamo a te, perché diventi per noi cibo di vita eterna.

Benedetto nei secoli il Signore.

Benedetto sei tu, Signore, Dio dell'universo: dalla tua bontà abbiamo ricevuto questo vino, frutto della vite e del lavoro dell'uomo; lo presentiamo a te, perché diventi per noi bevanda di salvezza.

Benedetto nei secoli il Signore.

Pregate, fratelli, perché il mio e vostro sacrificio sia gradito a Dio, Padre onnipotente.

Il Signore riceva dalle tue mani questo sacrificio a lode e gloria del suo nome, per il bene nostro e di tutta la sua santa chiesa.

(Orazione sulle offerte)

Amen.

Il Signore sia con voi.

E con il tuo spirito.

In alto i nostri cuori.

Sono rivolti al Signore.

Rendiamo grazie al Signore nostro Dio.

È cosa buona e giusta.

(Prefazio)

Santo, Santo, Santo il Signore Dio dell'universo. I cieli e la terra sono pieni della tua gloria. Osanna nell'alto dei cieli. Benedetto colui che viene nel nome del Signore. Osanna nell'alto dei cieli.

Padre veramente santo, a te la lode da ogni creatura. Per mezzo di Gesù Cristo, tuo Figlio e nostro Signore, nella potenza dello Spirito Santo fai vivere e santifichi l'universo, e continui a radunare intorno a te un popolo, che da un confine all'altro della terra offra al tuo nome il sacrificio perfetto.

Ora ti preghiamo umilmente: manda il tuo Spirito a santificare i doni che ti offriamo, perché diventino il corpo e il sangue di Gesù Cristo, tuo Figlio e nostro Signore, che ci ha comandato di celebrare questi misteri.

Nella notte in cui fu tradito, egli prese il pane, ti rese grazie con la preghiera di benedizione, lo spezzò, lo diede ai suoi discepoli, e disse:

“PRENDETE, E MANGIATENE TUTTI: QUESTO È IL MIO CORPO OFFERTO IN SACRIFICIO PER VOI”.



Simili modo, postquam cenatum est, accipiens calicem, et tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

"ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM".

Mysterium fidei.

Mortem tuam annuntiāmus, Dómine, et tuam resurrectionem confitémur, donec vénias.

Memores igitur, Domine, eiusdem Filii tui salutiferæ passionis necnon mirabilis resurrectionis et ascensionis in cælum, sed et præstolantes alterum eius adventum, offerimus tibi, gratias referentes, hoc sacrificium vivum et sanctum.

Respice, quæsumus, in oblationem Ecclesiæ tuæ et, agnoscens Hostiam, cuius voluisti immolatione placari, concede, ut qui Corpore et Sanguine Filii tui reficimur, Spiritu eius Sancto repleti, unum corpus et unus spiritus inveniamur in Christo.

Ipse nos tibi perficiat munus æternum, ut cum electis tuis hereditatem consequi valeamus, in primis cum beatissima Virgine, Dei Genetrix, Maria, cum beatis Apostolis tuis et gloriosis Martyribus, (cum Sancto N.) et omnibus Sanctis, quorum intercessione perpetuo apud te confidimus adiuvari.

Hæc Hostia nostræ reconciliationis proficiat, quæsumus, Domine, ad totius mundi pacem atque salutem. Ecclesiam tuam, peregrinantem in terra, in fide et caritate firmare digneris cum famulo tuo Papa nostro N. et cum Episcopo nostro N., cum episcopali ordine et universo clero et omni populo acquisitionis tuæ.

Votis huius familiæ, quam tibi astare voluisti, adesto propitius. Omnes filios tuos ubique dispersos tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.

* Fratres nostros defunctos et omnes qui, tibi placentes, ex hoc sæculo transierunt, in regnum tuum benignus admitte, ubi fore speramus, ut simul gloria tua perenniter satiemur, per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

*(Vel:)

Memento famuli tui (famulæ tuæ) N., quem (quam) (hodie) ad te ex hoc mundo vocasti. Concede, ut, qui complantatus (quæ complantata) fuit similitudini mortis Filii tui, simul fiat et resurrectionis ipsius, quando mortuos suscitabit in carne de terra et corpus humilitatis nostræ configurabit corpori claritatis suæ. Sed et fratres nostros defunctos et omnes qui, tibi placentes, ex hoc sæculo transierunt, in regnum tuum benignus admitte, ubi fore speramus, ut simul gloria tua perenniter satiemur, quando omnem lacrimam absterges ab oculis nostris, quia te, sicuti es, Deum nostrum videntes, tibi similes erimus cuncta per sæcula, et te sine fine laudabimus, per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

Præceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:

Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advénia regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiā

Dopo la cena, allo stesso modo, prese il calice, ti rese grazie con la preghiera di benedizione, lo diede ai suoi discepoli, e disse:

"PRENDETE, E BEVETENE TUTTI: QUESTO È IL CALICE DEL MIO SANGUE PER LA NUOVA ED ETERNA ALLEANZA, VERSATO PER VOI E PER TUTTI IN REMISSIONE DEI PECCATI. FATE QUESTO IN MEMORIA DI ME."

Mistero della fede.

Annunziamo la tua morte, Signore, proclamiamo la tua risurrezione, nell'attesa della tua venuta.

Celebrando il memoriale del tuo Figlio, morto per la nostra salvezza, gloriosamente risorto e asceso al cielo, nell'attesa della sua venuta, ti offriamo, Padre, in rendimento di grazie questo sacrificio vivo e santo.

Guarda con amore e riconosci nell'offerta della tua Chiesa, la vittima immolata per la nostra redenzione; e a noi, che ci nutriamo del corpo e sangue del tuo Figlio, dona la pienezza dello Spirito Santo perché diventiamo in Cristo un solo corpo e un solo spirito.

Egli faccia di noi un sacrificio perenne a te gradito, perché possiamo ottenere il regno promesso insieme con i tuoi eletti: con la beata Maria, Vergine e Madre di Dio, con i tuoi santi apostoli, i gloriosi martiri, (san N) e tutti i santi, nostri intercessori presso di te.

Per questo sacrificio di riconciliazione dona, Padre, pace e salvezza al mondo intero. Conferma nella fede e nell'amore la tua Chiesa pellegrina sulla terra: il tuo servo e nostro Papa N, il nostro Vescovo N, il collegio episcopale, tutto il clero e il popolo che tu hai redento. Ascolta la preghiera di questa famiglia, che hai convocato alla tua presenza. Ricongiungi a te, Padre misericordioso, tutti i tuoi figli ovunque dispersi.

* Accogli nel tuo regno i nostri fratelli defunti e tutti i giusti che, in pace con te, hanno lasciato questo mondo; concedi anche a noi di ritrovarci insieme a godere per sempre della tua gloria in Cristo, nostro Signore, per mezzo del quale tu, o Dio, doni al mondo ogni bene.

*(Oppure:)

Ricordati del nostro fratello N (della nostra sorella N), che (oggi) hai chiamato(a) a te da questa vita: e come per il Battesimo l'hai unito(a) alla morte di Cristo, tuo Figlio, così rendilo(a) partecipe della sua risurrezione, quando farà sorgere i morti dalla terra e trasformerà il nostro corpo mortale a immagine del suo corpo glorioso. Accogli nel tuo regno i nostri fratelli defunti e tutti i giusti che, in pace con te, hanno lasciato questo mondo; concedi anche a noi di ritrovarci insieme a godere della tua gloria quando, asciugata ogni lacrima, i nostri occhi vedranno il tuo volto e noi saremo simili a te, e canteremo per sempre la tua lode, in Cristo, nostro Signore, per mezzo del quale tu, o Dio, doni al mondo ogni bene.

Per Cristo, con Cristo e in Cristo, a te, Dio Padre onnipotente, nell'unità dello Spirito Santo ogni onore e gloria per tutti i secoli dei secoli.

Amen.

Obbedienti alla parola del Salvatore e formati al suo divino insegnamento, osiamo dire:

Padre nostro, che sei nei cieli, sia santificato il tuo nome, venga il tuo regno, sia fatta la tua volontà, come in cielo così in terra. Dacci oggi il nostro pane



num da nobis hódie; et dimítte nobis débíta nos-
tra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et
ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a
malo.

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis,
da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope miseri-
cordiæ tuæ adiuti, et a peccato simus semper liberi et
ab omni perturbatione securi: exspectantes beatam
spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in
sæcula.

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis:
"Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis", ne
respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ;
eamque secundum voluntatem tuam pacificare et
coadunare digneris. Qui vivis et regnas in sæcula
sæculorum.

Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Et cum spíritu tuo.

Offerte vobis pacem.

Hæc commixtio Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi
fiat accipientibus nobis in vitam æternam.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére
nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére
nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis
pacem.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beati
qui ad cenam Agni vocati sunt.

Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum
meum: sed tantum dic verbo et sanábitur ánima
mea.

Corpus Christi custodiat me in vitam æternam.

Sanguis Christi custodiat me in vitam æternam.

Corpus Christi.

Amen.

Sanguis Christi.

Amen.

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus, et de
munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

(Post communionem)

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spíritu tuo.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, et
Spiritus Sanctus.

Amen.

Ite, missa est.

Deo grátias.

quotidiano, e rimetti a noi i nostri debiti come noi li
rimettiamo ai nostri debitori, e non ci indurre in
tentazione, ma liberaci dal male.

Liberaci, o Signore, da tutti i mali, concedi la pace ai nostri
giorni, e con l'aiuto della tua misericordia vivremo sempre
liberi dal peccato e sicuri da ogni turbamento, nell'attesa
che si compia la beata speranza e venga il nostro salvatore
Gesù Cristo.

Tuo è il regno, tua la potenza e la gloria nei secoli.

Signore Gesù Cristo, che hai detto ai tuoi apostoli: Vi
lascio la pace, vi do la mia pace, non guardare ai nostri
peccati, ma alla fede della tua Chiesa, e donale unità e pace
secondo la tua volontà. Tu che vivi e regni nei secoli dei
secoli.

Amen.

La pace del Signore sia sempre con voi.

E con il tuo spirito.

Scambiatevi un segno di pace.

Il corpo e il sangue di Cristo, uniti in questo calice, siano per noi
cibo di vita eterna.

Agnello di Dio, che togli i peccati del mondo, abbi pietà
di noi.

Agnello di Dio, che togli i peccati del mondo, abbi pietà
di noi.

Agnello di Dio, che togli i peccati del mondo, dona a noi
la pace.

Beati gli invitati alla Cena del Signore. Ecco l'Agnello di
Dio, che toglie i peccati del mondo.

O Signore, non sono degno di partecipare alla tua
mensa: ma di' soltanto una parola e io sarò salvato.

Il Corpo di Cristo mi custodisca per la vita eterna.

Il Sangue di Cristo mi custodisca per la vita eterna.

Il Corpo di Cristo.

Amen.

Il Sangue di Cristo.

Amen.

Il sacramento ricevuto con la bocca sia accolto con purezza nel
nostro spirito, o Signore, e il dono a noi fatto nel tempo ci sia
rimedio per la vita eterna.

(Orazione dopo la comunione)

Amen.

Il Signore sia con voi.

E con il tuo spirito.

Vi benedica Dio onnipotente, Padre e Figlio e Spirito
Santo.

Amen.

La Messa è finita: andate in pace.

Rendiamo grazie a Dio.